

Guttier ubi proxime, Tusch. lit. D. concl. 685. nu. 3. 6. 35. Trentacinq. n. 1. Merl. n. 22. P. Molin. ubi proxime, n. 1. Sess. Aragon. decis. 26. n. 74. 75. Cost. in d. c. si pater, 3. p. verb. Privare non possit, n. 16. vers. His tamen non obstantibus, & nu. seqq. Paris. de inoffic. donat. nu. 12. Cavall. cod. tract. n. 18. Mangil. d. quest. 93. n. 25. Hermof. dict. glos. 13. nu. 2. Cancr. nu. 122. Quæ procedunt, etsi donationi quomodolibet juramentum accedat; Molin. n. 2. Clar. n. 3. Trentacinq. n. 11. vers. Et hæc donatio, qui nu. 12. notat, revocationem istam jure ipso notat, revocationem istam jure ipso non fieri, sed per querelam inofficiose donationis, Tusch. n. 23. 24.

Confilio & re inofficiosa est donatio, cum non solum liberi per illam Legitimam fraudantur, sed etiam donator hoc ipsum intendit. Re tantum quando fraudare noluisset qui donavit, in effectu tamen Legitima donando minuitur, vel aufertur; sæpe enim de facultatibus suis plus, quam in eis expectant homines, §. in fraudem, Inst. quib. ex caus. manumit. non lic. Sic docent Jul. Clar. dict. nu. 2. vers. Dicitur autem, Merlin. dict. qu. 21. n. 18. Mangil. supra n. 56. Gratian. d. cap. 729. à nu. 30. Cancr. d. c. 8. n. 128.

100 Confilium fraudandi præsumitur, quoties quis habens filios successionis capaces, immensam facit donationem? quare fraudem probare non tenerur, qui adversus donationem venerit: secus est, si filiis orbatus donet; Merlin. supra, nu. 26. cum seqq. Ofach. decis. 122. Clar. dict. q. 24. n. 3.

101 Est notandum, quod hæres donatoris non agit adversus donationem inofficiosam re, & confilio, ut in totum revocetur, sed usque ad Legitimam duntaxat, quia contra factum defuncti venire non licet; l. cum à matre 14. C. de rei vendication. l. 22. 24. tit. 13. part. 5. Quod generaliter limitatur quoad Legitimam, cuius supplementum petere filius poterit, etiam si hæres existat patri, Merlin. n. 3. 21. Hermof. n. 21. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 8. limit. 12. C. de bon. matern. Bart. in l. Titia, §. Imperator, n. 4. ff. de leg. 2. Bald. in l. 2. C. de inoffic. donation. Simon de Præcis de interpretation. ultimar. volunt. lib. 5. dub. 2. interpret. 2. n. 67. Menoch. conf. 89. n. 102 93. Trentacinq. n. 11. vers. Non est discedendum.

Idem juris erit, si filio aliquid à parte relinquatur, vel donetur; nam agere nisi ad supplementum Legitimæ non valebit; Trentacinq. dict. resolut. 4. n. 2. vers. Hac conclusio, Natta conf. 125. n. 6. vol. 1. Tusch. dict. concl. 685. nu. 32. Hermof. nu. 23. D. Covar. ib. cap. Rainutius, §. 10. nu. 9. de testament. Suar. receptar. sentent. verb. Donatio, nu. 231. Clar. dict. quest. 24. nu. 4. Sed si cum testamento decedat pater, necesse est, ut id titulo institutionis filio relinquat, Merlin. dict. nu. 23. vers. Subdeclaratur, Mangil. quest. 95. nu. 43. 44. Clar. libr. 3. receptar. sentent. §. testamentum, quest. 38. nu. 1.

103 An fructus percepti ex re donata, cum donatio ut inofficiosa revocatur, restituendi sint; controvertitur; de quo Hermof. dict. glos. 12. num. 22. Boeri. decis. 98. nu. Segura in l. 1. §. si vir, col. 20. vers. Tertia erit conclusio, & ibi Perez in addit. ff. de acquirend. possess. Menchaca controversiar. illustr. cap. 38. nu. 6. Trentacinq. d. tit. d. donat. resolut. 4. nu. 131. videndus omnino Gregor. Lopez in dict. l. 8. gloss. 12. ad finem.

104 Donatio etiam remuneratoria ut inofficiosa revocatur Trentacinq. d. resolut. 4. n. 110. Alexand. conf. 55. vol. 1. Roman. conf. 95. Gregor. Lop. glos. 13. Sed fallit, cum meritorum remuneratio peti judicialiter posset, Parlador. rer. quotidianar. lib. 3.

q. 15. n. 21. Guttier. de juram. confirmat. part. 1. c. 5. n. 24. 25. D. Covar. in cap. cum in officis, n. 11. de testam. Baeza de non melior. filiab. c. 17. nu. 3. Hermof. dict. glos. 13. n. 6. Quod si plus donetur, quam valent merita, quod excedit à liberis poterit revocari: nam quoad excessum simplex est donatio, Tiraquel. d. verb. donatione largitus, nu. 80. Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 62. C. de bon. matern. Menoch. conf. 112. nu. Clar. quest. 23. n. 4. Eodem modo donatio ex titulo, & causa onerosa facta, ut inofficio non revocatur, Cyriac. tom. 2. contro. vers. 270. nu. 1. ubi plures, & late per totam de his tractat, Trentacinq. n. 6.

Actio ad revocandam donationem pro Legitima, vel ejus supplemento, triginta annis durat, sed ad eam in totum retractandam, ut inofficiosam quinquennio extinguitur; Merlin. nu. 45. 46. Hermof. glos. 13. nu. 35. 36. Fontanel. d. glos. part. 2. nu. 18. 47. 48. Parlador. different. 148. nu. 30. 31. Menoch. conf. 411. ex n. 33. Par. Molin. disputat. 283. nu. 11.

vers. His etiam adijciendum est.

Quanta pars bonorum donata sufficiat, ut locus sit remedio dict. l. si unquam? Judicis relinquatur arbitrio: nam si ita exigua sit res, vel quantitas, ut verosimiliter videatur eam fuisse donatam, licet donator de liberis cogitavisset, aut eos habuisset, donatio minimè revocabitur; Gregor. Lopez in d. l. 8. glos. 6. Mangil. d. q. 95. nu. 13. Fontanel. d. glos. 8. p. 2. n. 32. 33. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 133. n. 1. 2. Hermof. in d. glos. 6. Tondut. d. cap. 54. à n. 5. Clar. in dict. §. donatio. quest. 22. num. 5. Anton. Fab. in Codic. libr. 8. tit. 56. defun. 9. Cancr. dict. c. 8. de donat. nu. 126. vers. Veritas, Par. Molin. d. disput. 282. nu. 5. ubi ait, donationem omnino esse revocandam, quando tangit legitimam filiorum; ut si in Hispania, ultra Quintum bonorum donaretur; alioqui Judicis arbitrio relinquitur. Et opus non est, ut quod donatur, sit pretio æstimabile, nam donatio juris patronatus Ecclesiæ potest ex ea constitutione revocari, Tondut. n. 8. Tiraq. verb. donatione largitus, nu. 156.

Ibi: Quibus ita prenotatis.

Legitima filiorum de jure communi, si filii sint quatuor, vel pauciores, est tertia bonorum pars; si plures, dimidia; aut. Novissima, C. de inoffic. testament. authentico, de orient. & Gemis. §. 1. seu. Nu. 115. l. 17. tit. 1. part. 6. Gregor. Lop. in l. 12. glos. 10. tit. 4. part. 6. Connan. in commentar. jur. civil. lib. 9. cap. 10. n. 2. Merlin. supr. lib. 1. tit. 3. quest. 1. nu. 2. 3. ubi plures, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 17. nu. 7. Quod etiam in arrogatis procedit; quamvis adoptivorum Legitimam, Quartam esse, resolvat Merlin. tit. 3. quest. 3. n. 3. De jure nostro est omnia bona patris, excepto Quinto, de uno liberè disponere permittitur, necnon de Tertio inter ipsos liberos, l. 28. Taur. quæ est l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. l. 17. Taur. quæ est l. 1. eod. tit. 6. Molin. ubi proxime, Ant. Gom. in d. l. 7. n. 1. Sanch. in præcept. Decalog. d. lib. 7. c. 9. n. 27. Valasc. de partitionib. c. 17. n. 2. Pat. Molin. supra, disp. 158. n. 8. 9. Qui duo notant in Regno Lusitano patrem posse de Tertio bonorum indistinctè disponere, reliquo liberis relicto, quod est eorum Legitima in computatione, sive divisione hæreditatis, prius deducendum est Quintum, quam Tertium; juxta l. 21. 4. styli, Ant. Gom. n. 2. Villadieg. in politic. c. 7. n. 44. Escobar. de ratiocin. computat. 1. à n. 2.

Legitima

109 Legitima Ascendentium de jure communi est tertia bonorum pars, secundum magis receptam opinionem; etsi aliqui sentiant solum esse quartam, de quo disputat Merlin. dict. tit. 3. q. 4. per totam, tenens communem, quam defendunt etiam ultra eos, quos laudat n. 11. Menchac. de successione. creat. lib. 2. §. 10. nu. 182. Roderic. Suar. in l. quo iam in prioribus, ampliat. 16. nu. 7. in fine. Matheac. de legat. & fideicommiss. lib. 4. cap. 8. cum 9. Commil. Borel. in summ. decision. tom. 3. tit. 16. de Legitim. nu. 27. Quorum, fundamentum est; dict. authentica, Novissima, nam augmentum Legitimæ descendendum, ad eam, quæ Ascendentibus debetur, extendunt. De jure autem Regio duæ partes bonorum sunt Ascendentium Legitima; Tertia, ut de ea ad libitum statuat, morienti reservata; l. 9. Taur. quæ est l. 1. tit. 8. libr. 5. Recopilat. Anton. Gom. in dict. l. 6. c. 13. Hermof. dict. glos. 12. n. 6. Molin. dict. nu. 7.

110 Fratrum Legitima, quando eis debetur, est quarta bonorum pars: juxta regulam §. Igitur quartam, Inst. de inoffic. testament. quæ quoad eos nullo jure immutata invenitur neque intelligitur aucta ex d. aut. Novissima, Roderic. Suar. in d. l. quoniam in prioribus, in eadem ia lib. num. 12. in fine, C. de inoffic. testament. Berlich conclusion. practicabil. part. 3. conclus. 15. n. 70. Cagnol. in l. 1. dubitat. 2. n. 2. ff. de inoffic. testam. Afflictiis decis. 204. in fine, Merlin. lib. 1. tit. 2. quest. 13. n. 31.

Sed contrarium, scilicet fratrem Legitimam auctam esse ad instar filiorum, tuentur Menchac. d. §. 10. n. 268. Fachina. controvers. lib. 4. cap. 28. Matheac. dict. cap. 8. nu. 13. Quod verum non videretur.

Tunc autem hæc quarta pars debetur, cum persona turpis ex donatione, vel testamento ad bona venit fraterna, §. servor. autem, Inst. de inoffic. testament. Ant. Gom. Variar. lib. 1. c. 11. n. 37. Merlin. cum multis, supra n. 1. Quo casu si nihil debetur vel relinquatur quocunque titulo fratri, in totum testamentum, vel donationem irritat; Merlin. supr. n. 1. §. & diximus alibi; ubi verò quicquam ei conferatur solum agit ad supplementum Quartæ, sive Legitimæ Merlin. nu. 30. & lib. 3. tit. 3. quest. 2. nu. 8. ubi alii Ceval. quest. 566. à nu. 7. Castill. qui de praxi testatur. in l. 7. Taur. Qui in testamento loquantur, idem in donatione dicendum est; argumento l. fin. C. de inoffic. donat. Merlin. dict. quest. 11. nu. 23. 24. Turpis persona in hoc tractatu dicitur, quæ juris, vel facti infamia notatur; de quo per Merlin. d. q. 13. à num. 16. Ant. Gom. d. cap. 11. n. 38.

AD CAPUT XX.

Quando subreptio sive obreptio circa causam finalem, vel impulsivam contingens rescripta vitiet.

SUMMARIUM.

- 1 Referuntur, qui de hac materia tractant.
- 2 Rescripta alia Motu proprio, & alia ad instantiam Partis expeditur.
- 3 Omnes rescriptum, in quo expressa non est clausula: Motu proprio, intelligitur ad preces alicujus concessum.
- 4 In dubio non præsumitur gratia Motu proprio emanasse.
- 5 Non permittitur, testibus probari, rescriptum fuisse Faria addit. Covar. ad Tom. 1.

Motu proprio expeditum, in quo talis clausula expressa non est.

- 6 Vbi clausula, Motu proprio, adest, tale rescriptum judicatur, etsi precum in ipso mentio fiat.
- 7 Clausula, Motu proprio, quid significet.
- 8 Differentia inter rescripta Motu proprio expedita, & alia remissive.
- 9 Preces hoc in tractatu quid significant.
- 10 Gratia pars esse censetur.
- 11 Mens dubia Principis in rescripto ex precibus est intelligenda.
- 12 Tripliciter vitium in rescriptis contrahitur, per quod gratia sit irrita.
- 13 Obreptio & subreptio quid, & an inter se distinguuntur?
- 14 Stylus loquendi potior habetur verborum proprietate.
- 15 Rescripta Gratia perperam impetrata, ipso jure sunt nulla; Injustitia verò, si opponatur.
- 16 Ratio præmissæ differentie traditur.
- 17 Actus, qui annullatur favore alicujus, ipsius consensu potest subsistere.
- 18 Quod alicujus gratia est inductum, non debet in ejus incommodum retorqueri.
- 19 Lites finire, publice interest.
- 20 Quibus casibus rescripta Injustitie sunt ipso jure nulla, remissive.
- 21 Vitium rescriptorum, etiam quæ ipso jure sunt nulla, post quadraginta annos objicere non licet.
- 22 Rescriptum impetratum per excommunicatum non valet.
- 23 Ex stylo Curie in rescriptis conceditur absolutio à censuris.
- 24 Obreptionem, aut subreptionem, ex qua Princeps facilius redditur ad concedendum, vitare rescripta, qui doceant.
- 25 Fundamenta præfatæ sententiæ, remissive.
- 26 Obreptio, vel subreptio circa causam finalem, annullat rescripta, secus circa impulsivam.
- 27 Taciturnitatem veritatis solum nocere, quando supprimitur quod leges specialiter jubent exprimi in cujusque gratia impetratione, qui sentiunt?
- 28 Adducitur pro vera sententiâ, c. fin. de fil. presbyter. in 6.
- 29 Posulans beneficium Ecclesiasticum, ex Curie stylo exprimere debet, se Clericum esse, vel laicum.
- 30 Causa quotuplex est.
- 31 Causa finalis inter ceteras primum locum obtinet.
- 32 Est prima in intentione, & ultima in executione.
- 33 Causa impulsiva propriè causa non est.
- 34 Non omnia, sine quibus res non fieret, ipsius causa sunt.
- 35 Simoniacum non est, servire Prælato principaliter, ut ab eo Ecclesiasticum beneficium ex gratitudine obtineatur.
- 36 Usura non est, mutuarè principaliter ob spem lucrû ex liberalitate mutuarî.
- 37 Episcopus conferens famulo beneficium in remunerationem servitii, ad quam ex gratitudine sola tenebatur, simoniam non committit, etsi id expresserit.
- 38 An liceat mutuantî, deducere in pactum, ut mutuatarius ad simile beneficium reddendum teneatur ex gratitudine? remissive.
- 39 Amicitiam in pactum deducere propter mutuum, an licitum sit? remissive.

- 40 Canonici assistentes Divinis principaliter ob distributiones quotidianas, simoniam non incurunt.
- 41 Cessante causa finali, cessat effectus.
- 42 Causa impulsiva cessante, effectus permanet.
- 43 Quae sit causa finalis, & quae impulsiva, quoad rescripta.
- 44 Vitium circa causam finalem destruit gratiam, etsi culpa impetrantis non eveniat.
- 45 Curiales, vitiosè impetrantes literas, falsi penam coercentur.
- 46 Consensus tollitur per errorem.
- 47 Rescriptum, in quo subreptio vel obreptio circa causam finalem contingit, est involuntarium.
- 48 Non omnis taciturnitas ejus, quo cognito, Princeps gratiam denegaret, officit rescripto.
- 49 Suppressio veritatis quando faciat irritam gratiam Motu proprio concessam.
- 50 Si dubium sit, an causa finalis, vel impulsiva sit, circa quam vitium contingit, gratia non valet.
- 51 In testamentis plenus voluntates testantium interpretantur.
- 52 In dubiis, quod tutius fuerit, sequendum est.
- 53 Defectus contingens in causa impulsiva gratiam non vitiat, nisi cognita veritate, vel non concederetur, vel aliter concederetur.
- 54 Quando falsitas non tangit causam finalem, solum est involuntaria facilitas ad concedendum.
- 55 Iudicis arbitrio relinquitur, an subreptio circa causam finalem, vel impulsivam versetur?
- 56 Ubi dolo falsitas contingit, etiam quoad causam impulsivam, rescriptum est irritum.
- 57 Mentis in dolo esse videtur.
- 58 Semper in rescriptis subintelligitur conditio? Si Preces veritate nitantur.
- 59 Conditio. Si preces veritate nitantur, ad quae referuntur.
- 60 Taciturnitas in causa finali rescriptum non vitiat, si probetur, Principem non latuisse quod, est suppressum.
- 61 Omnis praesumptio cedit veritati.
- 62 Taciturnitas eorum, quae jus exprimi jubet, omnino gratiam vitiat, quomodolibet accidat.
- 63 Actus contra formam legis non tenet.
- 64 Quae necessario sunt exprimenda in cujusque gratiae impetratione, remissive.
- 65 Falsitas circa substantiam ejus, quod postulat, gratiam vitiat.
- 66 Quando unica exprimitur causa, & ea est falsa, sine distinctione rescriptum non tenet.
- 67 In beneficii curati impetratione facienda est necessario mentio ejus qualitatis.
- 68 Falsa narratio circa causam impulsivam rescriptum non vitiat, etsi inter, quae necessario sunt exprimenda, contingat, modo nihil occultetur explicandum.
- 69 Demonstratio falsa dispositionem non vitiat.
- 70 Ratio decidendi ad cap. cui de non sacerdotali, de praeb. in 6. & ad cap. susceptum, de rescript. eod. lib.
- 71 Rescripta sunt stricti juris.
- 72 Taciturnitas in eis, quae de stylo Curiae sunt exprimenda, vitiat gratiam.
- 73 Valor beneficii est exprimendus in ejus impetratione.
- 74 Taciturnitas, vel falsitas circa valorem beneficii irritam facit gratiam.

- 75 In eis, quae stylo Curiae explicari debent, non distinguitur an Princeps cognita veritate esset concessurus, necne.
- 76 Stylus Curiae, & juris constitutio eandem vim obtinent quoad ea, quae in rescriptis exprimi jubentur.
- 77 Expressio majoris valoris beneficii non nocet gratiae.
- 78 Legis ratione cessante, ejus dispositioni non est locus.
- 79 Sub majori summa continetur minor.
- 80 Quod abundat, non nocet.
- 81 Ad ea, quae raro accidunt, jura non adaptantur.
- 82 Mens potius, quam verba disponentis est inspicienda.
- 83 Quod vero similiter responderet disponens, si interrogaretur, pro expresso habetur.
- 84 Abundans cautela non nocet.
- 85 Forma est specifice implenda.
- 86 Quando forma per equipollens potest impleri.
- 87 An valor beneficii, quod quis habet, quando alterum postulat, si exprimendus?
- 88 In valore beneficii exprimendo non continentur quotidianae distributiones, nec pro Anniversariis datur.
- 89 Explicatur d. cap. cui de non sacerdotali, de praeb. in 6.
- 90 Minor summa non comprehenditur sub majore adversus mentem loquentis.
- 91 Veniam petens a Principe pro aliquo delicto, debet exprimere alteram, quam impetravit.
- 92 Quod declaratur, si prima venia fuit pro eodem genere delicti concessa.
- 93 Homines fiducia veniae faciles redduntur ad delinquendum.
- 94 Quando prima delicti venia fuit nulla, de ipsa mentionem fieri in impetratione secunda, necesse non est.
- 95 Postulans veniam criminis debet exprimere, si aliud simile jam commiserit.
- 96 Quoties in jure reperitur expressum, ne venia concedatur, vel dispensetur in aliquo casu ob specialem qualitatem, haec necessario exprimenda est.
- 97 Impetrans veniam homicidii proditoriè commissi, eam qualitatem debet declarare.
- 98 In legitimationis petitione facienda est mentio filiorum legitimorum, quos habet pater supplicans.
- 99 Debet etiam exprimere ex uxore, quam habet, prolem suscipiendi spem sibi esse.
- 100 Legitimatio obtenta, non facta mentione filiorum legitimorum, est nulla, etsi eis ex legitimatione praedictum minimè generetur.
- 101 Idem est si legitimatio motu proprio, vel ex plenitudine potestatis fiat.
- 102 Jure Regio legitimitati per Principem non succedunt cum legitime natis.
- 103 Eodem jure legitimatio, non facta mentione legitime prolis, non valet.
- 104 Numerus liberorum exprimi necessario non debet, nisi ob multitudinem Princeps esset gratiam denegaturus.

**C**irca ea, quae hoc capite explicantur; late discussiverunt, Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 21. cum sequentibus. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 201. Mascot. variar. lib. 2. c. 1. Pat. Suar. de legib. l. b. 8. c. 12. à n. 10. & de R. legi. tom. 2. lib. 6. c. ult. Gutierrez. Canoniar. quest. lib. 2. c. 15. Marchesan. de rescriptor. surreption. Bonacin. in sum.

- 1 tom. 2. tract. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 4. cum aliis, Cyriac. controversiar. tom. 1. can. 10 vers. 160. à n. 21. Joan. Baptist. Leonell. de surrept. rescriptor. Trentacinqui. variar. resolut. lib. 1. tit. de rescript. resolut. 5. Staphilaeus de liter. grat. & just. Gomez. Vaio in praxi lib. 1. c. 4. Cardin. Tusch. practicar. conclus. lit. R. cons. 217. & lit. S. 720. cum seqq.
- 2 Rescripta Principum alia Motu proprio, alia ad preces supplicantis expeditur, c. si motu proprio 23. de praeb. & dign. in 6. Suarez d. c. 12. nu. 4. Omne autem rescriptum, in quo clausula, Motu proprio, non est expressa, intelligitur ad instantiam alicujus concessum, Staphilaeus de gratiis, & expectat. S. subsequente, n. 17. Suarez n. 5. Sanch. d. lib. 6. n. 8. disp. 1. n. 6. Moneta de commutat. ul. imar. voluntat. c. 168. Ant. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. de clausul. conclus. 2. n. 102. Et in dubio nunquam praesumitur, rescriptum Motu proprio processisse, Tiraq. in l. si unquam, verb. Donatione largitus, n. 52. C. de revocand. d. n. Valasc. consult. 25. n. 18. Mascard. de probat. conclus. 1075. Nec ubi talis clausula expressa non est, poterit testibus probari, Principem motu proprio rescripte; Barbof. de clausul. claus. 79. n. 10. Mascard. supra, n. 25. Moneta supra, Anton. Gabr. d. concl. 2. n. 25. atsi aliud sit, si rescriptum amittatur, Motu proprio expeditum; nam per restium depositionem docere licet, clausulam talem in eo insertam fuisse, Sanchez dist. disp. 1. numer. 6.
- 3 Quamvis preces obligatae fuerint, earumque mentio fiat in rescripto, tamen per expressum praedictae clausulae, gratia motu proprio facta censetur quoad juris effectus; quoniam Princeps sic ostendit, se non motum precibus, sed ex propria liberalitate indulgere; idemque secundum sibi cognita, & narrata concessurum; etsi minimè peteretur: Suar. supra n. 5. 7. Rebus. in Concordat. tit. forma mandati, verbo, Motu proprio; vers. notandum quod haec clausula. Dec. in c. 1. n. 23. de rescript. Farinac. decis. 5. 6. nu. 1. part. 2. Menoch. d. cas. 201. nu. 79. Sanch. d. n. 6.
- 4 Multum autem interest inter hujusmodi rescriptorum effectus, de quorum differentiis Rebus. supra, Staphilaeus d. S. subsequente, Ant. Gabr. d. concl. c. 2. Suarez d. c. 12. n. 8.
- 5 Preces dicuntur, quicquid in libello supplicationis continetur, in quo solet factum narrari, causas ad concedendum proponi, & quod intenditur explicari, notant DD. in rubric. C. de precib. Imperat. offerend. Quae quidem preces ipsius gratiae pars censentur; Mascot. d. c. 1. n. 2. ubi dubium exoritur, mens Principis juxta supplicationem interpretatur, l. 1. C. de divers. rescript. Gregor. Lop. in l. 26. glof. 1. tit. 11. part. 5. Cyriac. d. tom. 1. controvers. 57. n. 33. Menochi d. praesumpt. lib. 2. praef. 29. n. 2. Iaf. in l. causas, n. 5. C. de transact. Surd. de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8. Perez in l. 6. vers. Quae trigesimo octavo, tit. 15. lib. 4. Ord. nam. Gutierrez. practicar. lib. 3. q. 17. à n. 43. Ioan. Garc. de nobilitat. in div. son. operis, n. 63.
- 6 In quibus cavendum est, ne aliquod subreptionis, vel obreptionis vitium contingat, per quod gratia ipsa vitietur; quod tripliciter potest incurri; aut exprimendo falsum, aut suppressum verum, vel ita obscure explicando veritatem, ut ipsa lateat Principem concessurum. Primò modo, obreptionem, alii duobus subreptionem committi; docent communiter DD. Tusch. lit. S. conclus. 710. n. 24. Trentacinqui. de resolut. 5. n. 1. Vivi. commun. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 191. vers. Et subreptio ipsa, Perez in l. 4. tit. 12. lib. 8. Ord. nam. pag. 689. Bernard. Graeu.

ad praxim. Camer. Imper. lib. 1. concl. 14. Menochi. d. cas. 201. nu. 9. Qui tamen verius putat nomina haec subreptionem, & obreptionem, synonyma esse, ut probatur in l. 1. C. si nupt. ex rescript. petant. Idem tenent Trentacinqui. d. n. 1. vers. Et quod non sit. Iaf. in l. praescriptione. n. 1. C. si cont. jus vel util. public. Sanch. d. disp. 21. n. 2. Rebus. ad leges Gall. 10. 2. tit. de rescript. in praefat. n. 125. Laet. Mansini. disquisit. genial. centur. 1. c. 79. num. 3. Sed cum communis usus loquendi DD. eam differentiam induxerit, non est ab eo recedendum; nam stylus loquendi receptus, verborum proprietati debet praeferi; Hermos. in rubric. n. 5. tit. p. 5. Iafon. in rubric. ff. de non oper. nunciat. Menoch. cons. 631. nu. 6. 15.

Subreptio vero vel obreptio precum, (ex quo, & sic impetrata rescripta, subrepticia, aut obrepticia nuncupantur) non eodem modo nocet rescriptis Gratiae, quae ad beneficia, dispensationes, & alia hujusmodi pertinent ac iustitiae; quae ad lites expediuntur; nam prima ipso jure sunt nulla; secunda non nisi exceptio opponatur ab eo, contra quem literae obtentae sunt: atque ita, quod virtute earum actum est, valet, ut observant Menoch. d. cas. 201. n. 1. cum sequentibus. Vanti. de nullitat. tit. de nullit. ex def. jurisdic. delegat. n. 60. Rebus. in prax. benefic. tit. de different. int. rescript. grat. & just. à nu. 1. Navarr. in c. si quando praesud. l. n. 1. de rescript. Bonacin. d. punct. 4. n. 1. 2. Caputaquen. dec. 225. part. 3. Tusch. practicar. conclus. lit. S. cod. 722. nu. 17. 19. Trentacinqui. supra, nu. 2. 9. Riccia in prax. for. Ecclesiastic. resolut. 577. n. 2. Perez in l. 1. q. 8. 9. tit. 12. lib. 3. Ord. nam.

Hujus differentiae rationes, tradit Sanch. d. disp. 21. n. 3. quibus & alia addi potest; quia nullitas rescriptorum Gratiae non favore alicujus privati introducta est, sed ne contra Principis voluntatem aliquis impetratis vitiosè fruatur; qua propter rescripta haec, ipso jure irrita fieri oportet, maxime cum regulariter non sit qui de subreptione possit opponere. At in rescriptis iustitiae, nullitas prospicit eis, contra quos impetrantur subrepticia, vel obrepticia; quare placuit, ut literae substineantur, nisi Pars, cujus interest, objiciat; alioqui litigando coram Indice delegato, nullitari pro se inductae censetur renunciare, ex quo actus alius nullus jure subsistit; non eo minus, C. de procuratorib. notat Barbof. in collectan. ad c. ut super. S. possessiones, nu. 7. de reb. Eccles. In quo favor ipsius, contra quem rescriptum fuit expeditum; versatur, cui, si sibi utile fuerit, licet literis ab adversario perpetram obtentis uti; quod non liceret, si nullae ipso jure forent; atque ita nullitas, quae ipsius gratia inducta est, in ejus praedictum retorqueretur; contra regulam l. quod favore 6. C. de legib. c. quod ob gratiam 61. de regul. jur. in 6. Quod etiam alia ratione admissum est; siquidem ita citius lites extinguuntur, cum haec rescripta ad earundem expeditionem pertineant, quarum finis publice interest, & à Principibus maxime exoptatur; c. finem litibus, 5. de dol. & contumac. c. 1. de appellat. in 6. Extravagant. ad Romani 14. §. nos qui vigilis de praeb. & dignit. l. properandum 12. C. de judic. Flaminii. de resign. ut. benefic. lib. 3. q. 5. n. 12. 13. Barbof. in collectan. ad d. c. finem, n. 3.

Solent assignari aliqui casus, in quibus rescripta iustitiae jure ipso propter subreptionem, vel obreptionem sunt irrita; ut videre est apud Felinum in c. ad audientiam el. 1. à num. 18. de rescript. Sanch. d. disp. 21. n. 6. 75. Trentacinqui. de resolut. 5. à nu. 11. Et de differentiis rescriptorum Gratiae, & iustitiae, egit late Rebus. in prax. benefic. tit. de different.